2187. 2185

Ad quietationem praeterea ultra praemissos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones Apellationes ac earum Prosequtiones faciendo, ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel Duplicatis Evasionibus, Inscriptionibus fatalibus iuris processione Terrestri bello Conventione ac alijs omnibus iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Nec modo quovis alio eludendo Hac sua praesenti Personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Chudzik Cerdo Balic
Kiemu Pellioni vendit. 27/VIII

Feria Quinta post festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxima. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Primo. 916

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus personaliter comparens Honestus Petrus Chudzik, Cerdo de Suburbio Zasiancze dicto Civitatis

2186

praesentes Premisliensis olim Honesti Fedko Chudzik cum olim Honesta Marianna Consorte, ipsius legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens foro suo, quovis competenti omisso et iurisdictione propria posthabita, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando ac subijciendo palam libere sponte et per expressum Recognovit, Quia ipse suo et Honestorum Thomae, Fennae et Annae cum olim Honesta Fenna primi nuptiis tum et Wasko Aryjko et Nastasiae cum Honesta Marianna secundi nuptiis Consortibus suis legitimis procreatorum liberorum, pro quorum Ratihabitione Cavet, se praesentibus inscribit nominibus bona sua propria et hereditaria videlicet hortum certum cum Pomario, sulcos scilicet Triginta duos inter hortos ab una Markowski Basiney, et ab altera Honesti Panko Cichonis Nec non a Tertia parte Honestorum Kuezma et Danilo Cordonum usque ad Transitum seu Plateam in Suburbio Zar ce nuncupato Civitatis praesentis Premisliensis iacentem et consistentem Cum omni praemissorum iure dominio proprietate hereditate titulo venditorio omnibusque et singulis bonorum eorundem scilicet horti et pomarij utilitatibus fructibus proventibus redditibus, Commodis Emolumentis Obventionibus, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis, nihil ex praemissis iuris, dominij proprietatis, he

reditatis ac Cumsuis Competentiis et praerogativis pro se Recognoscente suisque successoribus aut quoquam alio reservando seu excipiendo, verum prout praedicti horti haereditas, se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et extenditur et prout praemissa omnia et singula ipsemet Recognoscens tenuit habuit et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem bene serviebant, Jam ex nunc et defacto Honestis Alexandro Balicki Pellioni et Annae Coniugibus bene meritis eorumque posteris pro summa Trecentorum Quinquaginta flor. Polon. eamque per se Recognoscentem realiter et defacto levata et percepta de qua percepta et realiter levata, eosdem emptores suos Coniuges quietat vendidit inscripsit et resignavit Prout praesens vendit inscribit et resignat perpetuo et in aevum irrevocabiliterque. Ipsa quidem bona supra scripta praemissaque omnia praesentibus vendita Jam ex nunc et defacto idem Recognoscens Honestus Petrus Chudzjak Cerdo, praefatis Balickim Coniugibus eorumque posteris Coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque voluerint officiose acceptam per ipsos Honestos Andream Balicki Pellionem et Annam Coniuges bene meritos et ipsorum posteros, bona praedicta praesens vendita et resignata cum universis utilitatibus et emolumentis attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, tanquam sua propria et haereditaria tenendi, habendi et possidendi, Alioque quiete et pacifice, uti fruendi ac ad suos usus suorumque succes-

~~2190~~ 2188

sorum quouis beneplacitos usus fructus, libere et effectualiter

conuertendi Inscriptionis praesentis uenditoris, rigore

Debiti et tenebitur idem Recognoscens Honestus Petrus

Chudzyak Fendo prout se ac suos successores, in et super bonis

suis generaliter uniuersis, ac Summis pecuniarys quibuscunque

habitis et habendis, suprascriptis Emptoribus suis et

ipsius Successoribus inscribit et obligat praesentibus ipsos

et eorum Successores in dictis bonis, praesentibus uenditis

Oratore eorundem bonorum, ab omni et quauis impe

titione iuridica quarumcunque personarum Cuiuscunque

Conditionis Status et sexus existentium exorienda in

omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties opus fuerit

per omnes praescriptiones Terrestres prout ad quamlibet

personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio tueri

defendere, euincere intercedere et eliberare indemnesque cum

posteris reddere Necnon praefata bona praefata praesentibus

uendita et resignata ab omnibus in genere iuribus et in

scriptionibus, prioribus et posterioribus, super eadem bona

praesentibus uendita, Cuiuis personarum modo quocunque

factis et faciendis tueri etiam a quibusuis citationibus

in eadem bona importatis et importandis tueri demque

et per tueri processibus Iuris quibusuis in quocunque pun

cto et gradu iuris dependens et in quouis Iudicio et Officio

Regni obtentis et obtinendis super eadem bonis praesentibus

uenditis et resignatis perductis et perducendis, emundare

et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intro

missionem praefatam Coram Officio praesenti admissam

in fundo bonorum praefatorum praesentibus resignatorum

dum per Mlm et Nobiles duos Officiose requiretur non

denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praefatorum bonorum praescriptum resignatorum modo quovis tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsosque emptores suos in praemissis omnibus nullo modo iniuriari ita ut eadem bona praesentibus vendita et resignata iidem Baliekie coniuges Emptores cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis venditionis vigore tenere habere et possidere queant [illegible] sub Vadio Summae Trecentorum Quinquaginta florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem, sive eius posteros, praefatis emptoribus suis et eorum Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto [illegible]ies quoties opus fuerit, ad Solvendum succumbendo. Nihilominus idem Recognoscens praefatus Honestas Petrus Chudziak Cerdo debebit et tenebitur se ipsum ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis praenominatis Baliekim Coniugibus emptoribus suis eorumque posteris inscribit et obligat praesentibus memoratos liberos suos vel in eventu Mortis successores, illorum ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Venditoream vel similem aliam suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecim septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eisque vel eorum successoribus

ut praemissa debite exequantur efficere, Idque sub alio Vadio similis Summae Trecentorum Quinquaginta Florenorum polonicalium per eundem Egm Honestum Chudziak sive eius successores supramemoratis Honestis Balickim Coniugibus Emptoribus suis aut eorum posteris ob non statutionem praedictorum liberorum suorum vel in eventu Mortis successorum illius ad exequanda praemissa pro tempore et loco suspensis expressis ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda statutus existens Memoratus Recognoscens Honestus Petrus Chudziak Fideiussor sive eius successores Ad Instantiam suprascriptorum Honestorum Alexandri Balicki Pellionis et Jennae Coniugum Honoratorum Emptorum suorum aut ipsius successorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense. Ceterum Recessa suprascripta quo ad Respondendum spectat mediante semper in Primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere iudicium vel iudicia quaeta luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Ponit locus illum terminum Primum peremptorium uti et alios omnes eiusdem Consequentis Causae eiusdem Terminos et super peremptorios vera infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitiis Militaribus Scribantur Legamenta ex priori spolmutando ad fin